LVCIANI PHILOPSEVDES SIVE APISTON E GRAECO IN LATINVM VERSVS PER CONSTANTIVM CLARITI DE CANCELLARIIS ARTIVM ET MEDICINAE DOCTOREM IN BONONIENSI GYMNASIO PHILOSOPHIAM GRAECE PROFITENTEM.

REVERENDISSIMO. D. D. ERASMO Vitellio Episcopo Plocēsi ad Sacrā et aposto/licam Sedem / Regis Polonię Oratori be/nemerito: Constantius Clariti de Can/cellariis Artium et Medicinæ Doctor perpetuam felicitatem.

q VANtus qualisue labor sit Erasme doctis/sime/paritercꝫ et eloquētissime Antistes in traducēdis recte græcis auctoribus a/nullo æstimari posse arbitror/qui non frequenti experien/tia sępe id exploratū et compertū habeat. Enim ue ro quis unq̄ a / bono et fido interprete obseruanda/ supra captum humanæ imbecillitatis/attinget? Im/primis.n.perspicaci īgenio et solido integerrimocꝫ iuditio natū esse oportere / quemuis optimū futurū interpretē/nemo est q nō censeat: Hęc aūt nō oībus sed ꝑpauculis a/natura tributa sūt/ Et his quidē nō semp/Haud.n.uno eodēcꝫ tenore humanæ animæ uires/ꝑinde ac diuinę mētes / ad ueritatis īspectionē perpetuo et iugiter uegetantur / sed obruta caligine corporei sensus mortaliū mens ex uariis nōnūq̄ ꝑ/turbationibus cęcutiens allucinat̄/atcꝫ alio rursum tēpore/ defecatiori animo existēte/ suamet errata ma nifesto deprehendit et recognoscit: quocirca sūma laude digni sunt qui Horatiano pręcepto admoniti

nonũ in annũ ſuas differũt æditiones/ Nam ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbũ. Pręterea cogni/ tis perſpectiſq; auctorum ſententiis et abditiſſimis ſenſibus/quod arduum et perdifficile eſt/cũ propter gręcarum elocutionum genera/cõtorta/ſenticoſa et aliena maxime a noſtrę latinitatis elegãtia/tum ob ĩnumeras uocabuloꝝ tralationes/deductiones/tranſ formationes/quę non minorem ĩterdum nobis am/ biguitatem pariunt q̃ olim ſphingis Enigmata pe/ perere hominibus/accedit ad rem utriuſq; linguæ p/ fectiſſima cognitio/nam in altera quidem peritum/ in altera/et peritum et eloquentem eſſe oportet / qui boni interpretis nomen ſibi aſciſcere et uendicare cõ cupiſcit. Itaq; ſuperioribus diebus/cũ ex noſtro ĩſti/ tuto Leonardus Polonus παμφιλέρασμοσ /An/ gelus Coſpius/et ego tui nominis amantiſſimi/Lu/ ciani gręci auctoris elegantiſſimi/opera legeremus/ĩ quẽdam eius dialogum/ſcitu pulcherrimum et riſu non indignũ incidimus/e cuius lectione mira qua/ dam animi uoluptate et ſumma delectatione affecti ſumus/uerum illi magno ardere ſtudio/mihi uide/ bantur/poſſe etiam per me hũc latinum legere (prę/ ſtat enim neſcio qd uolupe latinis latina lectio) nõ tamen audebant aperte id mihi uelle indicare quod tacite et modeſte quidem/ut omnia / efflagitare p̄ſe ferebant/uerentes / arbitror / occupatiſſimo homini tantum laboris iniungere/quem ſciebant talia/ſano

A

utriq; consilio/subterfugere / nõ quod illiterato ocio marcescere cupiam/aut nihil ædendum esse putem/ sed ea/quibus æqua laboribus præmia cõsequamur: Et enim quæ gloria / quę laus/his tribui potest/aut solet qui tenui soloq; internuncii fungũtur officio? Verum ego non tam mei curiosus q̃ illorũ a qui/bus non minora docendo didicerim q̃ legendo ipse perceperim/adeo me tanq̃ æstro quodam urgentis/simis eo℞ questionibus cottidie impellunt et acuũt/ malui meo periculo æditionum leges præuaricari q̃ ingratus utcũq; uideri posse et maleuolus/his præci pue/quibus ea omnia debeo quæ sacrosancta et in/tegerrima exigit amicitia: Quãobrem ego his om/nino morigerandum esse putans/breui tempore/sen tentiam autoris integrã(arbitror)et incolumen non barbare latinis reddere prouirili enixus sum/Haud enim a philosopho pręsertim nostrorum temporum oratoriam illam elocutionis/elegãtiam affluentiãq; uerbo℞ exigẽdam esse existimo/qui ueritaté ipsam orationum lepori præferre consueuerunt. Sed quo/niam mos est fere omnium autorum suos labores/ uigilias / lucubrationes / dicare principibus ut inde operi fauorem/et ueluti Clypeum/contra obstrigi/lantium liuores concilient / una quidem cogitaba mus/cui maxime id opusculum esset offerendum/et ni paruitas opis deteruisset(πρέπει γὰρ τοῖσ ἀρί/στοισ τὰ μέγιστα) quodq̃dẽ Aristoteles ait ad

Alexandrum ĩ libro περὶ κόσμου is tu q̃ primum nobis occurrisses unicum presidiũ et decus nostrũ/ quem iure colimus/admiramur/suspicimus/enim uero quis unq̃ te melior eligi potuisset/in cuius tu/ tela/hę nostrę qualescũq; uigilię seruarẽtur/qui doc tus doctis faues/elegans elegantibus/et qui cũ semp tum hoc tempore ita concinne audacter: in admirã/ do sũmi Pontificis et cardinalium conspectu te ex/ hibuisti/ut nihil supra aut fieri aut cogitari queat. Sed ne in maius q̃ id opusculum decet/nostrum ex/ crescat epistoliũ/aut tuis laudibus quicq̃ deroget/ eas abunde et cõmodius panegyrico quodã ĩ aliud tempus celebrandas differam. Nunc uero quod reli quum est/Diu quidem hesitabundi/re ipsa tandem examussim pensiculata decreuimus hæc nostra tibi utcũq; minutissima: destinanda omnino esse/quan/ doquidem etiam ipsi deo nõ semper magna/sed pri mitiæ quędam et minime sępe res offerri solent: Ac/ cipias igitur q̃so lęta frõte et sereno aĩo/ut soles/hoc nostrum qualecumq; munusculum tibi sponte ob/ latum/is.n.arbitror satis dat qui quod habet libẽter dat/et cum ex occupationibus ociolum nactus fue/ ris/libeat quęso tibi semota aliquantisper maiestatis seueritate/nobiscum affluentius ridere/ac uarios ho minum mores dignoscere/quorum alii superstitio/ sa credulitate/portentosa sibi terriculamenta confin gunt: ut iure philopseudes hoc est mendacioꝝ ama/

tores uocentur. alii uero nullam penitus hisce rebus fidem habentes/quę supra rationem et rerum naturam sola uisione concipiuntur/gręce apisti/latine increduli possunt appellari/de quibus hic noster elegãtiarum parens Lucianus non tam uenuste q̃ scite nunc agit: iccirco et duplicem huiusce dialogi titulum licet inspicere Philopseudes et Apiston: ut hoc etiam obiter in calce huius epistolæ notemus/nõ ut doctissimum ausim edocere/sed nostram tibi super hac re sententiam exponerem/quam si una tibi cum nostra interpretatione non ingratam fuisse intellexero/ad maiora excudenda in dies accingar/eaq; promulganda/quę tuæ Celsitudini correspondeant/cui me iterum atq; iterum comendo/bene Vale.

PHILOPSEVDES LVCIANI SIVE APISTON: CONSTANTIO CLARITI DE CANCELLARIIS INTERPRETE.

Tychiades

POTES Ne mihi/ ω̃ Philocles exponere: quidnam profecto illud sit quo pleriq; homines adeo mentiẽdi desiderio adducũtur: ut nihil ueri asserentes lætabundi gestiant ac talia narrãtibus maxime adhibeãt mẽtẽ et applaudãt. PHILOCLES. Plura sunt ω̃ Tychiades quæ homines quosdã spe cõmodi ad mendaciũ ĩpellũt. TYCHIADES. Nihil ad uerbũ hęc aiunt/ neq; de his te rogauerã/ quicũq; utilitatis gratia mentiuntur: hi nãq; potius uenia/ nõnulli et laude cõdigni sunt/ qui uel hostes ita deceperĩt/ uel in aduersis eorũ rebus eiusmodi medicamento usi sunt/ qualia multa et Vlixes olim cõmentus est pro salute et reditu/ tũ eius/ tũ sociorꝝ. Sed. n. ego de illis loquor ω̃ Philocles optime: q ex plurima ueritate sine ullo ipsorꝝ cõmodo mera cõminiscunt̃ mẽdacia/ quibus et diu uersati/ nullo idoneo excusationis ꝑtextu/ mirum ĩ modũ oblectant̃: Hos itaq; uelim scire cuius spe boni id maxime efficiant. PHILO. Nũquid iam alicubi homines quosdã tales animo cõcepisti: q̃bus amor hic mẽtiendi natura ĩsitus est?

TYCHIA. Atq; admodum plures. PHILO. Quã igitur aliam his ita mentiendi causam esse dicendũ est q̃ mentis inopiam et sũmam stultitiam / Siqui / dem pro optimo pessimum eligũt? TYCHIA. Nihil hoc est ω̃ Philocles quãdoquidem ego tibi multos ostendere possem cętera prudentes et cõsilio ad / mirandos / hoc uitio nescio quo pacto obcęcatos et mendacii cupidos ut maxima tristitia conficiar si tales uiri cętera optimi seip̃os et qbuscũq; occurrerint decipientes / gaudeant tamen et exultẽt / itaq; cognoscas oportet uetustiores illos ante me ueluti Hero / dotum / Ctesian Cnidium / et ante hos poetas ipsũq; Homerum / celebres uiros ea cõscripsisse mendacia quę nõ modo ipsoꝝ auditores / tunc temporis opti / me deceperint sed usq; ad nos pulcherrimis eorum uersibus et metris quadam successiõe seruata perue / nerint / ut mihi sępe horum causa erubescere conti / gerit / dum cœli sectionem / Promethei uinculũ / Gi / gantum rebellionem omnesq; inferoꝝ eiulatus enarrant / et Iouem ob amorem in Tauꝝ aut in olorem uersum / ac mulierem quãdam in Auẽ / aut in Vrsam fuisse transformatam: Pręterea pegasos / Chimęras / Gorgonas / Cyclopes / et cęteras id genus admodũ alienas et portẽtosas fabellas quę infantum animas ualeãt demulcere / uel si a laruis aut lamiis fuerint ꝑ / territi / quãuis hæc qdem poetaꝝ fortasse mediocria sint: ueꝝ id ꝓfecto qũo nõ deridiculũ ẽ? ciuitates iã

et gentes nationeſq; plura cõmuniter et publicitus mentiri: Siqdem Cretenſes Iouis ſepulchrũ oſtẽtare non erubeſcũt/ Athenieſes uero Ericroniũ ex terra ĩ lucẽ pſiluiſſe/primoſq; homines ex attico ſolo qua ſi olera pdiiſſe aſſeuerent: Sed hi qdem honeſtius q̃ thebani/qui ſeminatis ſerpentis dentibus homines quoſdã egerminaſſe fabulant̃. Hęc igit̃ adeo ſane p ridicula ſiqs uera non putaret/Sed prudenter qdem ea diligẽtius exqrens Corœbi cuiuſpiã/aut Margiti eẽ arbitraret̃/pſuaderi uel Triptolemũ ſupra pẽna/tos dracones remigio alaꝝ per aera uolaſſe/uel pana ex archadia auxiliarẽ bellatorẽ ĩ Marathona iuiſſe/uel orithiã a Borea fuiſſe raptã/impius hic et mẽtis inops haberet̃/uſq; adeo excellit mẽdaciũ / q rebus ita ſcilicet pſpicuis et ueris fidẽ nõ adhiberet. PHI/LOCLES. At ipis qdẽ poetis ω Tychiades et ciui tatibus ignoſcẽdũ eẽt pfecto/quãdo alteri fabularũ amœnitate quãdam operi immiſceãt iocũditatem/ qua qdem ad alliciendos auditores maxime nobis opus ẽ/Alteri uero/Athenienſes inq̃ et Thebani/uel ſiq alii tales/eoꝝ patrias huiuſcemodi mẽdaciis uene rabiliores oſtẽdãt: Enim uero ſiqs e gręcia fabuloſa hęc ſuſtulerit/nihil pfecto uetabit hoꝝ expoſitores fame contabeſcere/Siquidẽ externi quoq; ſine mer/cede/quod uerum ſit/audire iãpridem nolint. Qui/cũq; igitur ob nullam eiuſmodi cauſam mendaciis tamen gaudẽt hi ſane deridiculi iure uideri poſſũt.

TYCHIA. Recte ais ω̄ Philocles. Nam ego q̄dem
ad te ueni ab Eucrate/a quo admodũ plura incredi
bilia et fabulosa audiui: qn potius ea dũ narrabant
aufugi/nõ tolerãs excessum et exuperãtiam rei: Sed
me tãq̄ erinnes quędam: aliena plurima et porten/
tosa narrãtis expulerũt. PHILO. Et tamen hic Eu/
crates ω̄ Tychiades nõ indignus est fide/neq; ullus
profecto ualeret ad faciendam fidem quẽadmodũ
ille/barbã ita profundã ꝑmissãq; habens: Sexagena/
rius uir magna excellẽs auctoritate/qui cũ in philo
sophia quoq; plurima calleat/substinuisset quidem
fortasse et aliũ quẽpiam corã ip̄o mentientẽ audire:
nõ ꝙ ip̄e talia sit ausus expromere. TYCHIA. Nõ
enim amice nouisti quę ille dixit et quo pacto ꝓba/
uit: adiurauitq; plurimis/filios ad iuramẽtũ sistẽs:
adeo ut ad ipsum respiciẽs uaria cogitauerim: inter/
dum quidem hominẽ insanire/et extra propositum
esse: nõnũq̄ et eo tẽpore me latuisse tãq̄ p̄stigiatorẽ
sub leonis pelle ridiculã quãdam simiã circũtegen/
tẽ: usq; adeo pabsurda narrauit. PHILO. Quænã
hęc sint ω̄ Tychiades per Vestam te rogo iam elo/
quere: Nã scire cupio qualem hic iactantiã: arrogan
tiãq; sub tali barba dudũ occuluit. TYCHIA. Cõ/
sueui nõnũq̄ ω̄ Philocles ipsum adire si quãdo plu/
rimũ ocii nactus fuissem. Hodie uero cũ mihi opus
esset cõuenire Leonticũ. Is. n. ut nosti mihi amicus
et familiaris est: audiuisséq; a puero illũ sũmo mane

ad Eucratem migrasse ut eum ægrotantem uiseret. Duarũ ego rerũ causa. Tum ut conuenirẽ Leonticũ. Tum ut illum uiserem/ignorauerã.n.ipsum ægrotare: accessi ad eũ ĩueniq; ibi nõ Leonticum: is.n.ut aiebãt: paulo ante discesserat: sed alios frequẽtes. Inter quos erat Cleodemus ille peripateticus: et Dinomachus ipẽ Stoicus: atq; Ion: eũ quem nosti censere Platonis libros admiratione prosequendos eẽ/tãq̃ solus eius uiri sentẽtiam exquisite cognouerit/et solus ipẽ ualeat aliis diuinatione ueluti quadam interpretari. Vide quales tibi uiros prædico: undequaq; sapiẽtes: omniq; uirtute prędito/ex quaq; electione sũmã ipsam uenerabiles omnes/et fere tremẽdos aspectu: qbus cũ aderat ẽt Antigonus ille medicus ad usum (arbitror) ægrotationis accersitus. Verum Eucrates facile iã se habere uidebatur/eratq; ęgrotatio sibi cõsueta et familiaris: etenim materia rursum ad eius pedes effluxerat Hic igitur me apud ipsum ĩ lectulo iussit sedere: loquutus uoce submissa pro imbecillitate (ut me uidit) et tñ ipsum ego dũ introgrediebar: magno clamore intonantem/ut cõfirmaret aliqd/audiueram: itaq; diligenter admodũ ipĩus pedes obseruans ne tangerem: et excusatione usus (ut fieri solet) his uerbis/ignorasse me illũ ægrotare: et quãprimũ resciui celerrime ad eũ uenisse: tum prope sedi. Verum hi qui aderãt de ipõ corporis uitio: cum antea/Tum eo tempore alia rursum et alia nar/

rabant / afferentes in medium ſinguli et curationes quaſdã. Et.n.ſiquis (ait Cleodemus) a ſiniſtra den tem aranei muris ex humo ſuſcipiens /eo modo in/ terfecti quo antea dicebam / cum Leonis pelle qui recenter excoriatus ſit alligauerit/ac ita deinceps eũ circa pedes apte locauerit / ſtatim ſędabit̃ dolor. At ego (inqt Dinomachus) audiui nõ in leonis pelle ſed in ceruę uirginis hoc effici / quę quidem res ita ſane facilius pſuaderi poteſt / nãq; illa celerior eſt et ualidior pedibus / Hic autem robore qdem corporis uiget/ac eius pingue/manus dextera/ et recti barbæ pili plurimũ ualẽt/Siquidem his quiſpiam / propria cuiq; adhibita incãtatione/cõgrue uti ſciuerit/haud quaq̃ uero pedum ſalutẽ pollicet̃. Et ego (inquit Cleodemus) ita olim oportere cognouerã/nõ Leo/ nis ſed ceruę pellẽ fore/quãdoqdem hęc celerior cur ſu ſit / Verum ex libya quidam uir ſapiens talia me nup edocuit / ueloci ores ceruis Leones eẽ prędicãs/ atq; icci rco proſequẽtes ipſas capere: Collaudarunt qui ibi aderãt Libycum hominem q recte dixerit. Ego aũt exiſtimare me aiebã/ſędari potius ea qui/ buſdam incãtationibus q̃ hiſce extrinſecus appẽdi/ culis/quãdo etiam interiores uitium partes habeat: Illi uero ex meis uerbis ſe in riſum dedere /atq; inde meam maximam inſcitiam agnouere/q euidentiſſi ma ſcilicet ignorauerim/et quæ non ita ſe habere/ne

mo utiq; prudens obiiceret: Antigonus tamen/ille Medicus/hac mea interpellatione uisus est lętari/nã isthæc diu fuerat aspernatus/iccirco ꝙ ex arte potius Eucrati censeret opitulãdum: Itaq; admonebat illũ ut a uino abstineret/ oleribus uesceret/ omninoq; a contentione caueret: Verum/ipse Cleodemus pau/lulum subridẽs/actutum inquit/ω̃ Tychiades/quid ais? an tibi videt' incredibile corporum uitiis/ullũ ex eiusmodi rebus afferri posse adiumẽtum? Mihi sane (inq̃ ego) uideri posset credibile/ni magna ĩdi/gnatiõis copia meis afflueret naribus/quod credere debeam extrinsecus adhibita/ et nullo affinitatis consortio copulata his quæ intus morbos cõmit/tunt/adiunctis quibusdam uerbulis et incantatione quicq̃ efficere/atque apte locata salutem afferre/ Nõ enim profecto id fieri posset/etiam siquis in tota Nemæi Leonis pelle sexdecim araneos mures to/tos integros alligauerit: Admodum rudis et impe/ritus es (inquit Dinomachus) nec tibi curæ fuit ea didicisse quomodo morbis oblata resistant/ immo uideris mihi manifestissima quoque non admissu/rus/qualia sunt reciprocantium febrium remissio/nes/incantatoria reptilium demulcimina/ medica/mentaq; ĩtumescentiũ inguinũ/et alia quęcũq; iã et uetulę nouerũt efficere: quod si hęc oĩa fiunt/cur nã ꝓfecto et illa a similibus fieri nõ putas? Infinita inq̃

ego/concludis ω̃ Dinomache:et clauũ clauo (ut in/quiũt) trudis. Haud.n.ut asseris/manifestissima sũt quæ huiuscemodi uiribus assurgũt. Itaq; non antea mihi persuadebis talia q̃ ĩduxeris ratione/quãobrẽ ita natura fieri debeat:ut febris:et tumor ip̃e perhor rescens aut diuinũ nomen:aut barbaricã dictionem iccirco fugã ex inguine capescat:Demũ anicularum fabellę sunt quę abs te dicunt́.At mihi uideris inq̃t Dinomachus ex tuis uerbis nec credere deos esse:si quidẽ morbos a sacris nominibus curari posse non putas:id uero (ĩq̃ ego) ne dicas:ω̃ optime/nil.n.ue tat et deos eẽ et tamen hęc falsa omnia quæ dicitis. Ego.n.ea qua debeo ueneratione deos colo/et cura/tiones ipsorum intueor/ quibus ægrotantes / adiuti medicamentis et arte medica/liberantur/a/morbis. Enim uero Aesculapius ac eius filii non leones: aut araneos mures in corpoꝝ uitiis adhibebãt:sed mi/tioribus quidem ac uariis medicamentis ægrotãtes curabant. Hunc uero iam dimitte inq̃t Ion. Ego.n. rem quãpiam uobis admiratione dignam narrabo. Plane olim cum adhuc essem adolescens/quartum decimum fere annum agens / nunciatũ est genitori meo/Midam ipsum Vinitorem/ac rebus aliis præ/pollentem /famulum/operarium/ĩ frequenti foro ia cere a uipera morsum/altero iam ipsius pede putre/scente. Nam eum quidem aiebat nuncius ad repen/tem bestiolam in pollice pedis momordisse dum

religaret palmites/firmioribusq; uitium palis circũ/
plicaret/atq; eo facto lustra rursus petentem in ferarũ
latebris se abscondisse: Illum autẽ maximo dolore
cruciari ferme usq; ad necẽ/atq; ĩgemiscere: Verum
hæc quidẽ annutiata sunt: Ipsi uero Midam a cõser
uis in grabato deferri uidimus totum intumefactũ/
liuentem/in extremisue corporis partibus tabe con
sumptum ac paululum adhuc inspirantem/huius
aũt causa pater non paruo afficiebat̃ mœrore: Tum
uero ad eum ueniens amicus quidã/esto inquit bo/
no animo: Nam ego ad te uirum quẽdam Babylo/
nium ex caldeis/ut aiunt/statim accersam/qui ho/
mini pristinã restituet sanitatem/et ne uos pluribus
morer/uenit Babylonius et Midam liberauit/incã/
tamẽto quodam uirus a corpore expellẽs/atq; alteri
ipsius pedi lapidẽ euulsum a colũna sepulchri defũc
tę uirginis appendens/eũ fecit exurgere: Sed hęc for
tasse minima sunt/quãdo etiã ipse Midas apte gra/
batũ colligẽs/quo fuerat asportatus/ĩde quãprimũ
rus abiit/usq; adeo ualuit incantatio et sepulchralis
ille lapis: Cæterum hic et alia pleraq; magna/diui/
naq; procul dubio fecit: Nam cum in agrum uenis/
set et sup sacrata quædam ex antiquo libro septena
pronunciasset nomina: atq; locum illum ter ab eo lu
stratum expiasset/dicassetq; numini et lãpadi/quot/
quot ibi erant/reptilia quodã incantamento alliciẽs/
ĩtra agricolarum uasa coegit/plurimas quidem Ser/

pẽtes/Aſpides/Viperas/Iaculos/Cœraſtas/Rubetaſ/
Phyſalos: Et quoniam unus utiq; relictus draco de
ficiebat ad numerũ nequiens repere (Arbitror) præ
ſenecta/et qui non bene audiuerat mandatum: haud
oẽs/ĩquit Magus/adſunt/iccirco et iuniorem quẽdã
elegit Serpentẽ/miſitq; legatum: ut Draconẽ addu/
ceret/qui nõ multo poſt etiam ipẽ acceſſit: Vno igit̃
in domicilia reptilia cũcta adeſſe conſpicatus Baby
lonius uir/ea tum ĩſufflauit / ac ſtatim omnia ex ipõ
flatu peruſta ſunt: Id uero nos magna admiratione
proſequebamur: At ego inq̃ ω̃ Ion dic mihi ſerpens
ille iunior in legationem miſſus/an manibus duxit
draconẽ ut ais ſeneſcentem/an baculo ſuffultũ attra
xit? Tu utiq; iocaris inqt Cleodemus: Verum ego
quoq; minorem etiam/q̃ tu ipẽ nũc/fidem his olim
adhibebam / exiſtimabãq; nulla me ratione adduci
poſſe ut talibus crederem: Vbi uero aduenam quẽ/
dam barbarum (ex hyperboreis enim eſſe aiebant)
hiſce oculis uolantem inſpexi/contra hæc etiam plu
rimũ inſurgens/tum credere occępi/atq; uictus tãdẽ
ſuccubui: Quid enim me facere oportebat ipſum in
terdiu uidẽtem per aera ferri/deambulãtẽ ſup aqua/
tranſeũtemue per ignẽ cũctãter et pedetentim? Hęc
tu/inq̃ ego/uidiſti? uolantem hyperboreum uirum/
et ſup aqua incedẽtem? Ita profecto inquit ipſe/car
baſinis calceis indutum/qbus illi præcipue uti ſolẽt:
Verum hæc quidem non magna ſunt præ illis/quæ

uidi/Nam quid referã quæcũq; ille nobis ostendit? cupidines intromittens / Dæmonas abigens/mortuos emarcescentes reuocans/ipsamq; dilucidã Hecaten educens/et Lunam e cœlo trahens: Equidem uobis narrabo quæ ab illo facta uidi in Glauciȩ domo Anaxiclei filii. Nãq; is cũ a patre iam uita functo substantiam facultatemq; paulo ante accepisset/ amore Chrysidis Demeneti filiæ captus est/eo tempore quo me præceptore ad sermocinales rationalesq; disciplinas utebat̃/ et ni amor improbus eum a ludo litterario / et honesto ocio diuertisset/omnia iam quæcũq; a peripateticis tradita sunt perdidicisset: Nam in decimo suæ ætatis anno iam naturalem Aristotelis auscultationem absoluerat: Hic igitur omnia expertus ut Chryside potiret̃/nec quicq̃ efficere potens/consilii et mentis inops ac fere desperãs mihi rem omnẽ apuit: Ego autem/quod par æquũ ue fuerat/utpote qui præceptor eius et doctor eram/ hyperboreũ illũ magũ duxi quãprimũ ad eũ / quattuor qdem minis/etenim qdpiã inchoandũ erat p sacrificiis/dein sexdecim daturus/si potiret̃ Chryside: Ille itaq; crescentem obseruans Lunã (per id.n. tempus talia plerũq; fieri solent) et in loco quodam aprico domus terram fodiẽs intẽpesta nocte fossam effecit/Ac primo quidem Anaxiclea patrem Glauciȩ qui per septem antea mẽses uitȩ finẽ obierat/ad nos reuocauit a mortuis/Hic uero senex grauiter et

molestе tulit amorem filii/atq; primo ira pcitus est/ postremo tamen illum amare permisit. Verum Magus dein Hecaten ipsam una secum attrahentē Cerberum eduxit/et Lunam e cœlo traxit/uersipelle quoddam et multiforme spectaculum/modo unū/modo aliud præseferēs: Etenim primo utiq; muliebrem formam ostendit/mox in bouē pulcherrimū/deinde in canem demutata ē: Deniq; Hyperboreus uir ex luto paruulum quēdam cupidinem effinxit/eiq; iussit adduci Chrysidem/qui dicto ocius ad eū euolauit/Illa uero non multo post ianuam pultās/et ingressa domum Glauciam amplectitur/ac si hominem deperiret/ibiq; simul fuere usq; ad gallicinium/quippe tum luna in cœlum euolauit/et Proserpina tellurem ingressa est/ac cętera oīa quæ prius apparebāt euanuere/Chrysidem uero ipsam emisimus fere circa ipsum diluculū. Hęc igit̃ si tibi ω̄ Tychiades cernere datum esset/non ita ꝓfecto incredulus negares multa ex incātationibus utilia prodire. Tū ego recte ais: nam ea crediderim/si uidissem/Nunc uero mihi (arbitror) ignoscēdū est/si nō ꝑinde ac ip̄i talia dispicere ualeo/Noui tamen Chrysidem illam quā dicis amabilē fœminā et facilē/Cur aūt ad eam sibi conciliādam luteo duce/Hyperboreo mago/aut luna opus fuerit/non uideo/quā usq; ad hyperboreos uiginti drachmis allicere quiuis poterat/Hęc.n.mulier huiusmodi pecuniarię incantationi admodum

cedit/econtrarioq; illoꝝ phantasmatum affecta est:
Nam si ad horum aures/ut ex uobis didici/ęris aut
ferri sonitus puenerit/ statim se in fugam cōuertūt.
Illa uero/sicubi argētum ĩcrepuerit/ad sonitū ocius
accedit. Præterea magna afficior admiratione. Ma-
gum illū adeo perexiguæ rationis extitisse/ut quat
tuor minis conductus/maluerit Glauciã pamabilē
Chrysidi reddere/q̃ ipē/qđ poterat/a ditissimis mu-
lieribus amari beariq;/cūcta illaꝝ talenta suscipiens.
Profecto res digna risu est quã agis (inqt Ion) ꝗ ne
mini unq̃ uelis credere. Dic aūt amabo quid de his
autumas qui dęmoniacos ita aperte suis excãtatio-
nibus ab omni metu liberant? Haud.n.opus est ea
nūc memorē quæ cottidie nobis apparēt. Enim ue
ro Syriū oēs norūt illū ex palęstina huius rei sciētis
simū. Hic.n.quoscūq; acceperit ad lunã corruentes
distortis oculis: et spumabundo ore facit exurgere/
eosq; integros et incolumes domū remittit/pro in-
genti mercede homines ab angustiis liberãs. Et.n.
sup illis iacētibus astat/eos ĩterrogans unde corpus
ingressi sunt: uerū ægrotãs nihil ait/sed ipē dęmon:
aut barbare/aut gręce loquens respondet ex quo sit
loco: unde et quomodo in homine supuenerit. ille
aūt iureiurãdo astringit dęmonē: cui si nō fuerit au-
diens/minis impellit/equidē ipsum uidi egrediētē
atro furuoq; colore oblitum. At uero nil mirum est
(inq̃ ego) talia te uidere/cui solēt etiã ideę quas Pla

to (uester ille pater) ostēdit/apparere: nobis uero/uti pote cecultantibus/ĩ obscuro spectentur. En solus/ (inqt Eucrates) Ion/ea uidit/et nō pleriq; alii dęmonibus occurrētes/alii noctu/alii interdiu eos interpellarunt? Ego.n.talia nō semel sed milies cōspicatus sum/ac primo qdē in eoꝝ cōspectu aliquãtisper turbari solebam/Nunc uero ex usu et cōsuetudine nil amplius quid magnū/aut pręter admodū rationē mihi uideor intueri/præsertim ab eo tempore quo mihi anulum ex ferro crucis fabrefactū Arabs quidam ferendum tradidit/ac celebre quoddam incantamētum edocuit (Id.n.excipio/ni mihi etiam credere quicq̄ nolis) At quonam pacto/inq̄ ego/non debeo credere ipsi Eucrati Dinonis filio/Sapienti uiro/qui ue potestatē habet/q̄ maxime proferendi libere quæ sibi uidenť? Illud uero de statua/inqt Eucrates/quod omnibus domesticis apparet singulis noctibus/pueris/adolescentulisq; et senibus/nō modo ex me sed ex nostris omnibus audire utiq; posses: De qua statua? inq̄ ego: Nūqd/ait ille/ĩgrediēs aulam uidisti pulcherrimã ibi erectam statuã? opus Demetrii fictoris hominum? An eã dicis (inq̄ ego) disci iactum excipiētē/ĩclinatã remissionis habitu/genibus molliter deflexis/ex aduerso positam alterius statuæ ac ei similem quæ discum manibus tenet atq; illi iam iam itura obuiã et discum in ipsam proiicere uelle uidetur? Haud illam/ait/Quoniam

unum et hoc ipsum est Myronis operum/quę discũ ut ais iaculari uelle præsefert. Immo etiam/neq; illã perpulchram ei ꝓximã Tęniis capite redimito Po/ lycleti/opus nunc dico/quin et illas quoq; dimitte a dextera ingredientiũ/ubi Tyrãnicidæ/Critii Nesio/ tici posuerunt imaginem/et siquam iuxta defluentẽ aquam uidisti caluã/propẽsa aluo/seminudam ami/ culo/quibusdam barbæ pilis hinc inde quasi uento sparsis notabilibus uenis/humanęq; naturę persimi lem/eam dico/quæ pelichum ipsum corinthiũ duc/ torem exercitus referre uidet͛. Per Iouem (inq̃ ego) a Saturni dextera/quãpiam/tęniis/aridisue coronis exornatã/ac pectore laminis aureis operto uidi: Ve/ rum ego illam (inquit Eucrates) inauraui cum me olim per tertiam ab hepiale grauiter oppressum libe rasset. Medicus etiã fuit (inq̃ ego) optimus hic pe/ lichus? Est etiã/ne id ioco dicas/ait ille: Sed te quoq; uir iste q̃ primũ adibit et puniet: Ego. n. noui quãtũ ualeat/hęc statua/quæ abste nũc deridet͛/an non pu tas posse febrem immittere cuicũq; libuerit? Siqdẽ et remittere facile potest? Prospere (inq̃ ego) et mi tis adsit hęc statua uiribus ita prępollẽs/ueℝ et quid aliud sane uos omnes/qui ĩ domo uersamini/uidi/ stis eam efficere? Quãprimũ inquit aduesperascit/il la ex Basi inqua posita est/consueuit descendere/do mũq; in orbem circuire/et siqui in eam incidunt ca/ nentem interdũ qui omnes sunt neminẽ unq̃ lędit:

Nam ei ſolum de uia cædere opus eſt/quo facto ꝓ/
grediens nihil interturbat aſpicientes/quin ĩmo fre/
quenter lauat᷑/et tota nocte adeo ludit ut reſonãtem
aquã audire liceat. Vide igit᷑/inq̄ ego/ne huiuſmo/
di ſtatua nõ ea ſit quæ pelichum ſed ea potius quæ
talum cretẽſem illũ Minois refert qui uagabundus
Cretã peragrauit: Huius.n.et Aenea ſtatua eſt/quæ
ſi ex ligno et nõ ære fabrefacta eſſet nil profecto ue/
taret eã Dędali artificiũ eſſe: et non Demetrii opus/
Aufugit.n.et hæc/ut ais/e ſtatione. Caue inq̄t ille ω̃
Tychiades ne te tui tãdẽ pœniteat cauillamẽti: Nã
ſcio qualia perpeſſus eſt qui obolos abſtulit/quos in
ſingulis quibuſq; primis diebus mẽſis ei dicare ſo/
lemus. Atqui malis omnibus inq̄t Ion/affligi me/
rebat᷑ qui ſacrilegus fuit/ſed quo punitiõis genere
ipſum accepit/ex te audire cupio ω̃ Eucrates/quãq̄
Tychiades hic nullam penitus fidẽ his adhibebit.
Complures inq̄t oboli iuxta pedes ipſius/et pleraq;
alia numiſmata penes crura cærę affixa nec nõ argẽ
teę quædã laminę ſibi dicatę ſunt uota ſcilicet quo/
rũdam/aut poſita ĩ mercedẽ ſalutis ab his omnibus
qui oppreſſi et uexati febre quietudinẽ impetrarũt.
Hæc igit᷑ libys quidã famulus noſter maleficus et
execrãdus equoꝝ curator noctu ſurripere aggreſſus/
eãq; diligẽter obſeruãs/ut deſcendit/omnia ſuffura/
tus eſt: Illa uero ſimulatq; reuerſa eſt iteꝝ aſcendens
baſim/illico ſe circũquaq; deprędatã fuiſſe cogno/

uit/Sed iam attende quo pacto hominem deprehē/
dit et quonā supplicio eū affecit. Plane ille tota noc/
te undequaqꝫ aulam ambiuit egredi nequiēs miser
quasi in labybrinthum īciderit donec exorto die cū
prȩda et furto deprȩhensus et captus est ac plurimis
uerberibus cæsus ut nō multo post tēpore paululū
supuiuēs malus male perierit singulis/ut aiebat/noc
tibus adeo uerberatus ut postera die uibices in toto
corpore notabiliter apparuerit. Irride igit̃ aduersum
hæc ω̄ Tyhiades/et pelichū tuis cauillis ac me tanq̄
Minois coœuū illudere iam uideare. Verum enim
uero inq̄ ego/ω̄ Eucrates ipsum qdem æs profecto
æs ē/atqꝫ Demetrius ille alopeceus nō ut deoꝝ for/
mator qdā/sed hominū fictor hoc op9 effinxit ꝓin/
de nūq̄ pelichi statuā timebo quē nec uiuētē et mi/
nitātē mihi sūmopere timuerim. Ad hæc īsup An/
tigonus ille medicus ait. Est mihi quoqꝫ ω̄ Eucra/
tes/Aeneus Hypocrates cubitali magnitudīe q̄ solū
extīcto lucernæ lumine uniuersā domū circūquaqꝫ
ītonans ābit/ac pyxidas euertēs/medicamēta cōfu/
dēs ianuā undiqꝫ reuoluit/tū ꝑsertim cū sacrificiū ꝓ
crastinamur quo singulis qbusqꝫ annis eū honorare
solemus. An sibi quoqꝫ inq̄ ego/Sacrificādū Hypo
crates censet? Immo etiā īdignat̃ ait ille/et ægre fert
ni constituto et opportuno tēpore sacroꝝ libaminū
epulo sit acceptus/quādo tñ hoc ipo cōtētus eē de/
buerit eūqꝫ diligere siqs patētalia sibi celebrarit/aut

Melicratum ei libauerit/uel caput eius coronis ali/
quot redimiuerit/hoc itaq; audi etiam nū/ait/ω̄ Eu
crates in huiusce rei testimonium quod ante annos
quinq; his oculis uidi/ plane circa uindemiæ tēpus
uertebat̃ anni status/cū ego ruri existēs de meridie
relictis operariis uindemiantibus/ipse solus in syluā
abii cogitabundus intereūdum/et quidpiam mente
reuolutās/ubi uero in locū quēdā opacū arboribus
mire consitum ueni/prīcipio quidem latratus canū
audiui:sed tū equidem Mnasona filiū de more ue/
nari et ludere opinabar cū aliis eiusdem ętatis in in/
teriora nemoris et densiora percurrentem / at secus
euenit:Mox.n.terręmotu quodā exorto et ingenti
clamore qualis ex tonitru fieri solet.Mulierē quādā
horrēdo aspectu accedere conspexi fere semistadii al
titudine conspicuā/quæ in sinistra quidem manu lā
pada/ī dextera uero ensem uiginti cubitoꝝ tenebat/
ac in postremis utiq; corporis partibus serpentē refe
rebat:In supremis uero Gorgōi adsimilis uidebat̃/
illo inq̄ horrēdo aspectu/terribiliq; rotatu oculorū/
draconibus ꝓ capillis exornata/qui tortuoso quodā
globo iuxta ceruicē et collum īuoluebant̃/nōnulli
uero et supra humeros in spirā sese collegerant/aspi
cite/inquit Eucrates/ω̄ amici quonā horrore concus
sus sum isthęc uobis cōmemorans/ac simul interlo
quendum omnibus ostendit brachii pilos erectos
præ timore. Qui uero apud Ionem / Cleodemum/

Dinomachũ undequaq; assidebãt hiãti ore admira
bũdi senes/naribus attracti eum attẽte auscultabant
suppliciter adorantes colossum adeo incredibilem/
mulierem illam altitudine semistadii/laruale quod-
dam gigantis simulachrum. Interea uero mecũ ipse
cogitabam / qui qualesue hi forent qui apud rudes
et imperitos sapiẽtiam profiterent/et a plerisq; ma-
gna admiratione suspiciãtur/qui sane alia in re nul-
la differunt ab infantulis q̃ sola canitie et barba/ Cę-
tera uero ꝓcliuiores utiq; et faciliores ductu in men
dacia q̃ illi. Verũ ipse Dinomachus dic mihi/ait/ω̃
Eucrates ipsius Deæ canes quãtæ magnitudinis ex
tabant: altiores/inqt/ indicis elephãtibus/qui et ipsi
atro colore/hyirsuti/squallidis ac sordidis pilis ap-
parebãt/Ego aũt simulatq; illam uidi sigillũ anuli
quem mihi arabs dederat ĩ interiora digiti reuoluẽs
astiti: Veꝝ Hecate Dracõteo pede terrã quatiẽs/am-
plissimũ fecit hyatũ/altissimãq; uoraginem usq; in
tartara. Intra quã illa saltu quodam insiliens a meis
oculis euanuit. Sed enim ego intrepidus et cõfidenti
animo statim me inclinaui/arborẽ quãdam ibi ꝓpe
adnatã amplexus / ne præceps in baratrũ illud cor-
ruerim tenebricosa uertigine succidẽs/oĩa itaq; uidi
quæ apud inferos habent/Igniuomũ Phlegeronta
stagnũ/Cerbeꝝ/et mortuos quoꝝ nõnullos agnoui
nã patrẽ exqsite et cõspicuo uidi/eisdẽ adhuc uesti-
bus ĩdutũ/qb9 eũ sepeliuimus. At qd agebãt ω̃ Eu

crates/inqt Ion/ipse animæ? Nil aliud profecto/ait ille/q̃ ĩ herboso prato recubãtes ꝓ suo qsq; genere et tribu cũ amicis et cognatis uersari. Nũ ergo adhuc audẽt epicurei diuino Platoni cõtradicere sacrosanc tisq; de aĩa disputationibus? At uero Socratẽ et Pla/ tonẽ ĩter illos mortuos uidisti? Nõ eqdẽ apte et con spicuo Socratẽ/ueluti nec alios plerosq; /sed quadã similitudine/qꝑ calu9 et ꝓpẽsa aluo fuerit: ipsũ uero Platonẽ haud quaq̃ potui recognoscere/ Nam uero amico uera arbitror fateri opus ẽ. Cæterꝶ ubi oĩa q/ dẽ examussim cõspicatus sũ: Vorago illa et telluris hyatus illico optus et reclusus ẽ ac eo tẽpore nõnul/ li ex famulis me dominũ pqrebant/e quoꝶ numero fuit hic Pyrrias q nõdũ penitus occluso hyatu /illic me ĩueniens hoꝶ et ipẽ pleraq; nouit. Effare igit᷑ iã Pyrria/an uera dico an nõ. Per Iouẽ ĩqt Pyrrias ego quoq; latratũ ex illo ꝓdeuntẽ hyatu clare audiui/ac igneus qdã splẽdor ex lãpade mihi uideba t᷑ expãdi. Tũ ego ualde ĩ risũ effusus sũ: qꝑ ille ĩ mẽdacii testi/ moniũ ignẽ et latratum supaddiderit. Atq nõ noua ĩqt Cleodem9 uidisti ω̃ Eucrates: et quę ab aliis nõ uisa sint. Nã ego ẽt paucis ãte diebus graui morbo oppssus rẽ nõ dissimilẽ huic ĩspexi / tũc.n.me uisita bat et curabat Antigon9 hic/iãq; septima dies ade/ rat et febris ardore uehemẽtior insurgebat. Oẽs aũt me solũ reliq̃ntes clausis iãuis extra morabãt᷑/Ita.n. mãdaueras ω̃ Antigõe/ut expirer siquo pacto refici

somno potuissem. At eo tēpore formosissimus qdā adolescens mihi adhuc uigilāti superuenit/indutus ueste cādida/q simulac me fecit exurgere/p quendā telluris hyatū ad īferos duxit/ubi quāprimū aduerti oculos/Tantalū agnoui/Titium/Sisyphū/et alia quæ uobis utiq; narrare nō est opus. Cæteꝶ ubi circūspectādo ī iudiciale foꝶ pueni/quo in loco Charon/Aeacus/Parcæ/et Erynnes aderant/quendam ueluti regem (Pluto mihi uidebat̃) solio quodā īsistere pspexi/ac eoꝶ noīa recensere q iā iam morituri essent/utpote statutū atq; pmissū uitę diē trāsgressi. Veꝶ adolescēs usq; id loci baiulās me illi p̄sentauit/q propterea indignabūdus ad meum ait ductorem/ Nondum huius fatale stamen cōsumptū est/quare hinc ocius abi/et Demylum ęrariū fabrū adducito/ qui iam ultra data pensa soroꝶ uiueret. Ast ego lubens quāprimū euolaui ad supera/liberatus febre: nūciauiq; omnibus ipsum Demylum cito moriturum qui quidem in uicinia prope nos cohabitabat/ nec multo post atq; nūciaueram nescio quo morbo grauiter oppressus est/ac statim elugentis eum turbę fletum audiuimus. Atqui nil miꝶ est inqt Antigonus/nam ego quēpiam uidi resurrexisse post uigesimū diē ab eo tēpore quo sepulturę traditus est/quē ego hominem et ante obitum et post ipsam resurrectionē curaui. Quo nā pacto (inq̄ ego) ī nō ne uigēti dierum spatio corpus imputruit/aut fame cōsūptū

interiit/ni tu profecto alterum quendam Epimeni/
dem curasti. Cæterũ ea dum inter nos eloquebamur
supuenerũt Eucratis filii ex palæstra/quorũ alter ex
ephębis egressus erat/alter annum fere quĩtũ deci/
mum agebat/qui præhabita salutatione iuxta patrẽ
in lectulo assiderunt/mihi uero allata est sella. Verũ
Eucrates utpote admonitus filiorum aspectu super
his manũ imponens / utinam inquit ego ita iuuari
et lætari possim ex his ὦ Tychiades/ut uera tibi nar
ro / quippe omnes nouerunt quali quãtoue amore
prosequutus sum meam fœlicem Vxorem horum
matrem/quod etiam ex his maxime indicaui quæ
non modo in eam uiuentem sed etiam post obitum
contuli/qui omnem eius ornatum et uestem qua ui
uens oblectabatur una concremauerim: At uero ubi
septima dies illuxit / ex quo illa uitam cum mor/
te commutauerat/equidem ego tum in lectulo quẽ
admodum etiam nunc recubabam luctum sedandi
causa/lectitans Platonis librum de anima pro quie/
tudine/superuenit mea illa Edemenete/ac prope se/
dit/haud secus ac noster hic Eucratides nunc sedet/
alterum filium minorem natu demõstrans/ille uero
statim puerili quodam timore notabiliter expalluit/
ac diu qdẽ pallore suffusus ẽ/ea dũ narrabant̃. Ego
aũt/aiebat Eucrates/ut primũ eã uidi brachia collo
circũdãs lachrymabũdus rursũ d̃fler̃ occępi/ Verũ il
la qdẽ ut exclamarẽ nõ pmisit/sed me grauiter ĩcusa

uit/q; in cæteris rebus omnibus ei gratificari studue rim/alteꝝ tamen sandalioꝝ/ quæ compacta ex auro fuerīt/igni nō tradiderim: esse aūt illud aiebat/quod sub arcula ceciderat/ iccircoue nequeūtes īuenire al/ terū dūtaxat crematū sit. Interea uero dū hæc disse/ rebamus/catellus quidā execrādus / qui sub lectulo latebat/meliteum emisit latratū/quo quidem audi/ to/illa statim e conspectu nostro euanuit: Alterum tamen sandaliū sub arcula repertū/ac igni postremo traditū est. Nū itaq; his etiā adeo euidētibus/et quę singulis diebus apparēt/nō credendū est ω̄ Tychia/ des. Per Iouem: inq̄ ego/siqdem aureo sandalio pue roꝝ more percutiēdę forēt his nates/qui talia nō cre derent/atq; ita impudenter ueritati obstarent. Adue nit aūt sup his pythagoricus Arignotus ille capilla/ tus suamet auctoritate conspicuus et uenerādus/qui uelut nosti/ī philosophia celebris famigeratusq;/co/ gnomēto sacer/et magnus appellitat̃: quem ego ut uidi paulo respirare occepi/ratus eū mihi ceu bipēnē quādam et securim occurrisse ad tollenda mēdacia/ quippe dicebā ipē mihi/uir profecto sapiens hic est/ quādo illi oēs adeo portentosa narrātes eius p̄sentia statim obmutuerint/atq; id mecū sermonis agebā/ Deū aliquē ī subsidiū mihi aduocatum illum forte fortuna misisse/qui cū sedisset / ei subassistēre Cleo/ demo/in primis utiq; de ipō morbo rogauit/ubi ue/ ro facile iam se habere Eucratem ex ipso audiuit/

Agite inquit exprimite quęnam inter uos disceptatio dudũ erat: Mihi.n.ĩtrogredięti nescio quid philosophari uisi estis / ac honesto ocio bene has horas, et uestrã hanc cõuersationem collocasse. Nil ꝑfecto aliud / inqt Eucrates / agebamus q̃ hũc ꝓsuadere (me digito demõstrãs) ut credere uelit et putare Dęmones quosdã / et uisa quępiã esse / ac defũctoꝝ animas circa tellurẽ euagari / hisq; omnibus apparere qbus ea cõtueri libuerit. Ego aũt rubore admodum suffusus lumina solo demisi nequiẽs Arignotũ aspicere prę uerecũdia. Sed.n. hic ꝯ̃ Eucrates ait / ipẽ Tychiades nũ autumat eoꝝ dũtaxat aĩas q uiolenta morte perierint euagari: ueluti siqs laqueo uitã finierit / aut capite obtrũcatus / cruce suspẽsus / aut alio huiusmodi genere mortis e uita migrauerit / Eorum uero animas qui decreto parcarum ultimum finem obierint haud quaq̃: Hoc enim si dixerit non admodum abiecta et contemnenda autumabit. Ipse autem Dinomachus per Iouem inquit / nec talia quidẽ esse omnino nec subsistere / aut cerni posse existimat: Quo modo: inquit Arignotus me acriter intuens / nũ tibi qcq̃ hoꝝ fieri posse uidet᷑ / quę solent omnibus / ut prope dixerim / apparere: Pro me responsum affers (inq̃ ego) cur hisce nõ credã q solus e cęteris ea nũq̃ oculata fide ꝓbauerim / quæ tamen si cernere datum eẽt / credidissem ꝑfecto pinde uidelicet atq; uos. Ille aũt si quãdo inqt in Corinthum ueneris percũctare

ubi sit Eubatidis domus qua monstrata tibi propo
Cornium ad eam profectus/dicito Tibio hostiario/
te ardere studio uidendi/quo pythagoricus Arigno/
tus dęmona quēdam effodiēs abegit/hincue/dein/
ceps habitabilē domū reddiderit. Tum Eucrates ω
Arignote/rogauit/qdnā hoc fuit? Diu quidē est ait
ille/ꝙ isthæc domus ob eiusmodi terriculamēta pꝗ
raro habitata est: Nā siqs eā interdū habitasset actu/
tū horrēdo quodam et turbulēto mōstro impulsus/
atqꝫ uerberibus cęsus/inde fugā arripiebat. Quo cir
ca tectum omne iā pene corruerat et fere tota collap/
sa erat/nullusqꝫ omnino prope illam pertrāsire ausus
esset/quod ego ubi accepi sumēs ægyptios libros/q
de huiusmodi rebus ꝗplures apud me habent/circa
noctis concubium ad eam domum profectus/hospi
te dehortante ac ferme increpante/ ꝙ me nouerat in
certissimam (uelut arbitrabat) pernitiem ultroneū
ire. Sed enim ego lucernam manibus appræhen/
dens ingredior solus et infrequentioris habitatio/
nis loco lumine constituto/summissa uoce lectitans
humi sedebam/quumprimum dęmon astitit/super
unum ex multis uenisse ratus / et me quoqꝫ perinde
ac alios perterrefacere sperans squallidis et oblon/
gis crinibus et furua caligine atrior/qui cū astitisset
mihi circūquaqꝫ se obiiciēs experiebat siquo pacto
me quoqꝫ posset cōuincere/mō i canem/mō ī Taurꝫ
demutatus/nō nūꝗ et in Leonē sese transformabat/

Verum ego expedito illo horrendo et terribili my/
sterio/uocem ęgyptiam fingens/ĩcantamẽto quodã
eum in tenebricosę habitationis angulum depuli/et
locũ animaduertens/ubi ille ingressus erat/reliquo
dein tempore cõquieui/donec sũmo mane domum
egressus amicis omnibus occurri pręter illoꝝ expec
tationem/qui me iam præmortuũ perinde ac alios
inuenire putabant/adiuiq; ipsum Eubatidem bonũ
ei nũcium afferens/posse iam expurgatã eius domũ
depulsis terriculamentis tuto habitare:cũ ue apprę
hendissem illum et plerosq; alios/qui studio uidẽdi
rem huiusmodi admirandam et inopinabilem/me
sequebant̃/in locũ duxi/ubi dęmona sese ĩmergẽrẽ
inspexerã/ibiq; sumptis ligonibus et scaphiis/terrã
fodere iussi/quo facto mortuũ quẽdam inuenimus
ad ulnã defossum ac tabe cõsumptũ/qui sola ossiũ
figura constitutus uidebat̃/hũc igit̃ effossa rursum
tellure sepeliuimus.Cęteꝝ domus hęc/quantacũq;
fuerat/hisce mõstruosis apparitionibus admodum
uexata/ab eo tempore cõquieuit.Vbi uero hęc dixit
Arignotus uir eq dem in philosophia admirandus:
et sũma omniũ ueneratione cõspicuus/nemo tum
fuit eoꝝ/qui ibi aderãt/quin meã sũmam stultitiam
et mẽtis inopiã agnouisset:et me sũmopere culparet
qui talia neutiq; crediderim/quæ uel ipse Arigno/
tus enarrasset. Ast ego nõ ueritus capillatũ hominẽ
et maximam eius auctoritatem/quid nam hoc est

ō Arignote (inq̄ ego) q̄ tu etiam talis unica spes ueritatis extitisti? fumo plenus et uisionibus copiosus qui pridem apud nos loco thesauri habitus/ nūc illo tuo sermone carbonibus adsimilis uisus es. Ni igitur mihi ō Tychiades (īquit Arignotus) ea credis affirmāti/nec Dinomacho/nec Cleodemo huic/ neq; ipsi Eucrati/ Dic age quē dignū existimas cui de his maior adhibeat' fides aduersū hęc nostra dissserēti? Per Iouem (inq̄ ego) magna prorsus admiratione dignus est Abderites ille Democritus/qui nihil ꝑfecto tale subsistere posse crediderit ꝓbaueritq;: Nam olim in sepulchro quodam extra portas ultro inclusus ibi secure degebat die noctuq; scriptitās aliquid et componens quo in loco adolescētuli quidā cupiētes eū perterrefacere ioci causa / lugētium ritu uestem induerunt pullatā/ac faciē et caluam personis obtegentes / phātasmata immitantibus ei circūquaq; assistebant in densa munitaq; basi tripudia et choreas exercentes/ Ille uero nec oīo ad eos aīaduertens nedū simulata illoꝝ terriculamenta extimescēs interim scribendo/cessate inquit iā hic ludere et qescite tādem/usq; adeo cōstanter et firmiter credebat nil esse animas extra corpus/nec posse ullo pacto subsistere. Hoc. n. asseris/inquit Eucrates / fatuū quēdā uirū extitisse Democritū / siqdem ita sibi uidebat'. Veꝝ enim uero aliud quoq; uobis narrabo qđ ego non aliūde audiui sed mihi profecto euenit. Hoc. n.

si audieris ω̄ Tychiades forte utiq̄ praemonitus ad ueritatē enarrationis adduci potuisses. Plane olim ego iuuenis adhuc sub patris potestate degēs/ī egyptum eruditionis causa missus/audire admodū cupiebā ipsum Memnona sub ortu solis mira quaedā intonantem. Quocirca ī coptū rursus ad nauigans ipsum adiui/ac eius uocē/nō eam quae nullius rei inditio prolata sit/queādmodum a plerisq̄ omnibus audiri cōmuniter solet/his auribus accepi. Sed eius ora patefaciens ip̄e Memnon septem carminibus diuina mihi responsa dedit/quae ni utiq̄ supuacuū foret/in p̄sentia uobis retulissem. At uero ī ipsa renauigatione forte fortuna euenit/ut memphites uir una mecū adnauigaret ex eoꝝ numero qui ad scribēdas res sacras destinati sunt/ ī philosophia admirandus/omniq̄ aegiptiatica disciplina scientissimus/qui tribus et uiginti annis subterraneos tēpleꝝ adytus habitasse ferebatur/Magicam edoctus ab Iside. Pancratem ais/inquit Arignotus/qui mihi praeceptor et doctor fuit/uir sacer/uenerabilis/prudens/barba semp̄ abrasa/corpore oblongo/simus/labiosus/macilentis cruribus/grece loquens nō pure. Profecto inq̄t hic ille Pancrates est quem aiebam/pricipioq̄ ignorauerā quicūq̄ esset/ubi uero ipsum uidi quomodo se exhibuisset/cū nauis in portū appelleret/et pleraq̄ alia monstruosa opera conficientem/modo.n.super crocodilis uehebat̃/modo cum aliis marinis belluis

adnatabat/quæ qdem uertentes et formidantes ho/minem/illi crebra caudarum motatione blandiebant'/tum primũ ego/sacrum et diuinũ quendam uirum/eum esse cognoui. Suscipiensq; benigne et festiuiter hominem/latenter me in eius amicitiã et familiaritatem ĩsinuaui: Quamobrẽ omnia mihi eius arcana cõmunicauit/exhortatusq; postremo est et suasit me ut famulos omnes ĩ Memphide relinquerem/ac ipe solus eũ concõmitarer/haud enim egebimus/aie/bat/administrantibus: atq; ita sane deinceps euenit/ubi.n.in quoddam hospicium diuertimus/tum ille accipiens hostii uectem aut pessulum/aut pistillum idq; humano uestiens ornatu et incinens effecit in/cantamento quodam ut illud homo apparuerit ac inter alios ullo sine discrimine cõmearet/quod sane more hominũ incedẽs aquam extraxit/obsonauit/condimenta parauit/ac omnia cõmodissime submi/nistrãs optime nobis famulatus est. Verum ille ubi satis superq; habuit ministerii/noua rursus incanta/tione super illud incinens/pessulum utiq; pessulum aut pistillum pistillum effecit. Ego autẽ sedulo eni/xus eam rem ex illo perdiscere nil unq̃ ab eo potui extorquere/nam id solũ mihi uir ille inuidit cætera.n.facillimũ se exhibebat ac p̃sto erat. Sed.n.ego die quodã ĩ obscuro et tenebricoso loco subsistẽs clã eo icãtamẽtũ illud/uix triũ syllabarum/audiui/quo facto ille cũcta pistillo faciũda comittens in forum abiit.

Ego autem postridie/dum ĩ foro quidpiam ille ne/
gotiaret / pistillum accipiens et pari modo quo ipse
deformans et easdẽ syllabas incinens edixi ut aquã
afferret qui cũ repleuisset amphorã attulissetq; mihi
illũ dein monenti ut quiesceret nec amplius aquam
afferret/sed in pistillũ rursus rediret/noluit ultra dic/
to audiens esse continuo ferens aquã donec uniuer/
sam domũ exhauriendo repleuit. Ast ego super hac
re mentis et consilii inops/quod uerebar ne Pancra/
tes reuersus/id qđ euenit/iniquo et molesto animo
ferret/sumpta iccirco securi pistillũ intercidi duas in
partes/quaꝶ utraq; statim accipiens amphoram non
desinebat aquam afferre / tumue pro uno mihi duo
assurrexerunt hydrophori. Supuenit autem interea
Pancrates qui re perspecta et cognita rursum hęc in
ligneã naturã restituit/non secus ac ante ipsam incã/
tationem extiterãt/et me latenter et furtim deserens
econspectu protinus euanuit/nec quo profectus ab/
ierit agnoscere potui/Nostin etiã nũc (ait Dinoma
chꝰ) illud ex pistillo hominẽ efficere? Per Iouẽ inqt
ille/dimidiũ adhuc teneo/non.n.profecto a me fieri
potest ut in pristinã rursus figurã redigatur si semel
id fiat hydrophorus. Veꝶ nobis oportebit supclau/
di domũ et dein totã exsiccari. Nondũ/inq̃ ego/mẽ
dacissimi uiri desinitis hęc adeo portẽtosa fabulari?
quę si nõ penitus/ut par esset/omittere uobis placet/
hoꝶ saltem adolescentiũ causa in aliud tempus dif/

ferre debuissetis / ne audientes huiuscemodi narra/
tiones inopinabiles tremēdas horrēdasq́ terroribus
repleti et extraneis fabulamentis quodāmodo nos
lateant: his. n. ꝑfecto parcendū est ne talia cōsuescāt
audire quę per omne uitę tempus illos concōmitā/
tia interturbēt et quæ imbutos uaria supstitione ī re
quaq́ meticulosos efficiant. Euge reddidisti me ad/
monitū et memorē / supstitionē īqens / ait Eucrates /
qd. n. tibi uidet̃ ω̄ Tychiades de. ipsis oraculis fati/
dicis responsis ac his quęcūq́ nonnulli deo pleni et
numine afflati magno clamore ꝓnūciāt quæ uel ex
adytis audiunt̃ uel metris quibusdā uirgo ip̄a uati/
cinat̃ euētura. An scilicet his quoq́ fidem nō habe/
bis? Ego. n. de anulo quodam sacrosancto qui apud
me seruat̃ / sigillū utpote imaginē Apollinis pythii
deformās nil refero ne uidear de me ipso magna et ī
credibilia loq / Sed ea uobis narrabo quæ ī mallo ip̄e
audiui in Amphilochi herois domo ex alto mihi
disserentis atq́ pro meis oībus consulentis: quæ ue
ipse et cōspicatus fui. Dein ea uobis ordine exponā
quæ in pgamo apud pataras partim uidi partim au
diui. Cū itaq́ ex ægipto domū redirem oraculū id
qđ in mallo colitur euidentissimū atq́ uerissimum
esse audiēs / ac inde respōsa deoꝝ aptissime ad uerbū
usq́ ꝓmulgari / de his omnibus rebus quæ ī libellis
quispiam huic ꝓferæ scripta tradiderit. Ego tum in
ipsa p̄ternauigatione operepreciū esse duxi oraculū

id experiri ac de futuris deum ipsum quidpiam con
sulere. Dum hęc aiebat Eucrates uidēs ipse quo res
progressura esset/nec me solum illis oībus contradic
tuꝶ existimans/ipsum adhuc ex ęgipto in Mallon
p̄ternauigantē derelinquere cogitaui / qđ noueram
illos me p̄sente utpote mēdatioꝶ antisophista plu/
rimū cōtristari: quāobrem ego tum ad illos ualere
dixi/Leonticū.n.inqsiturus abeo quē ī aliquo mihi
opus est conuenire, Vos aūt quia nō sufficere huma
na putatis/fabulatores etiā deos/ut occepistis uoca/
te q fabulaꝶ uobis affatim incrementa suggerent/
eaq3 uix intereūdū effatus abiui. Cęteꝶ illi p̄libenter
ementiendi libertatē adepti ex meo discessu / ut par
erat escam et quasi fomitē accipientes ī meracissima
mendacia corruerūt. Hęc igiť me hercule ea sunt ω̄
Philocles quæ ab Eucrate audiens ad te ueni/ īflato
uentre et uomitu egēs ac si mustū ebiberim. Quare
mihi p q̄ iucūdū esset/sicubi magno etiā prętio me
dicamētū aliquod emere possem obliuia pariturum
eorū quæ audiui/ne horum memoria me domi cir
cūfluens/p̄nitiē aliquam ingerat. Enīuero portenta/
Dęmonas / Hecatas iam mihi uideor intueri. Tale
quid etiā ego passus sum ω̄ Tychiades tua narra/
tione potitus. Non modo.n.inquiunt rabiosos fie/
ri et aquā extimescere quicūq3 a rabiente Cane mo/
morsi fuerint / Sed illū etiam quem morsus homo
momorderit/nec minus ualere huius morsum q̄ ca/

nis ac eadem extimescere. Tu igitur in Eucratis domo a q̃ plurimis mendaciis momorsus me quoq; illorum morsuũ reddidisti participem / usq; adeo mihi animam dęmonibus repleuisti. Sed enim ω̃ amice bono et confidenti animo simus / ueritatem ipsam potentissimũ harum rerum alexipharmacum obtinentes rectãq; in rebus omnibus rationem quibus innixi / nequaq̃ hisce uanis et inanibus mendaciis pallentes turbabimur. FINIS.

Eiusdem Constantii Carmen ad eius libellum.

Quid ruis ω̃ pręceps / dominum uisurus Erasmum /
  Ah nimium gressu liberiore liber?
Sit licet Ausonię procul hic a finibus ortus /
  Non minus hoc patrio pręualet eloquio.
Quodq; magis miror / latio sermone / latinum
  Egregium quemuis hic superare potest.
Sed / reor / ipse uiri iam nomine frętus amico /
  A facili ueniam consecuturus abis.

Philippi Fasianini Carmen.

Imperium / uirtus / bona mens / cor / gratia / forma
  Fecere egregium nomen Erasme tuum.
Ast tuba Constanti hęc / resonat quę singula clare
  Perpetuo faciet uiuere luce sua.

BENEDICTVS HECTORIS
Bononiensis Bononię impres-
sit. Anno. MDV. Die
xvi. Iulii.

Regestum. A.iiii. B.iii. C.ii.